gatio leuis, quòd præter literas deſeruiẽtes non habeat aliquam literam coniugationis conſtitutiuam, aut da ghes coniugationis itidem conſtitutiuum: quãquam interdum euphoniæ gratia recipit daghés. Et interdum eſt tranſitiua, vt quum actus verbi in alterum tranſit: quandoque intranſitiua, vt quum actus non tranſit in alterum, vt verbum ſignificans motum, quie tem, ſitum, & huiuſmodi.

Secunda dicitur בִּנְיָן פִּעֵל הַדָּגוּשׁ, quòd hæc coniugatio communiter ſuſcipiat daghés conſtitutiuum con iugationis: quanquam leniendi verbi gratia illud plerunque non habeat, & communiter eſt tranſitiua.

Tertia, בִּנְיָן הִפְעִיל, & communiter eſt tranſitiua in tertium: vt quum iubemus alteri vt quidpiam faciat, eſt tranſitus à primo agente in paſſum, quod denique efficit quod per verbum ſignificatur. Interdum tamen eſt tranſitiua, vt communiter dicunt grammatici.

Quarta, בִּנְיָן פּוֹעֵל, ſiue הַנּוֹסָף quod eſt additum, quia in ea additur litera ו conſtitutiua coniugationis, & ſic in ea ſunt quatuor literæ actu vel potentia: proinde & הַמְּרֻבָּע vocatur, id eſt quadratum, quòd quatuor conſtet literis.

Quinta, בִּנְיָן נִפְעַל, quæ eſt paſſiuæ ſignificantiæ ſecundum R. Dauid. Sed, vt probatur in libro Ephód, multis & rationibus, & authoritatibus eſt actiua intrãſitiua: quanquam nonnunquam capiatur imperſonaliter, aut paſſiuè, aut (vt pleriſque placet) neutraliter.

Sexta, בִּנְיָן הִתְפַּעֵל, quæ eſt intrãſitiua, vt binián nifhál.

Tempus.

עֵת,id eſt Tempus,eſt triplex:עָבַר,id eſt præteritum, עֹמֵד,id eſt ſtans,hoc eſt præſens: ſub quo continetur & præteritum imperfectum. & hæc tempora ſignificantur nomine בֵינוֹנִי, id eſt participii, ſic dicti, quòd ſit medium inter præteritum & futurum. Et actiuum dicitur פּוֹעֵל, id eſt operans: Paſſiuum verò פָּעוּל, id eſt factum.

Poſt hoc eſt מָקוֹר, quod non ſignificat actum in aliquo tempore determinato: & ideo eſt nomen indifferens ad omnem numerum, & perſonam, & omne genus: & non eſt verbum (vt dictum eſt) ſed ponitur inter verba, vt verborum vena, & quia variatur ſecũdum coniugationum varietatem.

Deinde eſt הַצִּוּוּי,id eſt imperatiuum, genere & numero differens.

Tertium eſt עָתִיד,id eſt futurum. & à literis quæ futuri ſunt ſigna, vocatur & אֵיתָן.Nam א eſt ſignum primæ perſonæ ſingularis, cõmunis generis: י eſt ſignum tertiæ ſingularis maſculei vtriuſque numeri: ת ſecundæ perſonæ maſculei, & tertiæ fœminei generis vtroque numero, & cum י in fine ſecundæ fœminei. נ verò primæ perſonæ pluralis vtriuſque generis.

Coniugatio.

Coniugatio dicitur בִּנְיָן, id eſt ædificium, quòd inſtar ædificii multas contineat partes, vtpote diuerſos modos, numeros, perſonas, ac genera.

Et prima coniugatio appellatur בִּנְיָן קַל, id eſt coniu-

ræ literæ deſeruiunt ad oſtendendum perſonam, numerum, genus, coniugationes, tempus, pronomen.

Perſonæ.

גְּדַבְּרִים, id eſt, perſonæ, ſunt tres, & hoc ordine.

Tertia maſculei appellatur נִסְתָּר, id eſt abſconditus, & pluralis נִסְתָּרִים abſconditi.

Secunda verò נִמְצָא, id eſt inuẽtus: & pluralis נִמְצָאִים inuenti.

Prima autem vocatur מְדַבֵּר בַּעֲדוֹ, id eſt loquens per ſeipſum: & pluralis מְדַבְּרִים בַּעֲדָם loquentes per ſeipſos.

Fœmineæ perſonæ appellantur נִסְתֶּרֶת Occulta, נִסְתָּרוֹת occultæ: נִמְצֵאת Inuenta, נִמְצָאוֹת inuentæ: מְדַבֶּרֶת בַּעֲדָהּ loquens per ſeipſam, מְדַבְּרוֹת בַּעֲדָן loquentes per ſeipſas.

Secunda perſona ſingularis præteriti in omni coniugatione terminatur in תָ ſiue תָּה, prima in תִּי. Tertia pluralis in וּ, ſecunda in תֶּם, prima in נוּ. Prima tam in ſingulari quàm in plurali communis eſt generis.

Tertia fœminea in ה, Secunda ſingularis in תְּ, Pluralis verò in תֶּן, Tertia pluralis communis eſt.

Numerus.

מִסְפָּרִים, id eſt Numeri, ſunt duo, ſingularis & pluralis. Singularis maſculeus, dicitur יָחִיד, id eſt vnicus: Fœmineus, יְחִידָה vnica. Pluralis maſculeus, רַבִּים, id eſt multi. Pluralis fœmineus, vocatur רַבּוֹת, id eſt multæ.

Genus.

מִין, id eſt Genus, eſt duplex: זָכָר וּנְקֵבָה, id eſt maſculeum & fœmineum, vt ſuo declarabitur in loco.

אַתְּ אַתָּה : שֶׁלָּךְ : לְךָ לָךְ לָךְ : אוֹתְךָ אוֹתָךְ אוֹתָךְ אוֹתְכָה :
te tibi tui Tu
מִמְּךָ מִמֶּךָּ מִמֶּךָ :
à te
אַתֶּם : שֶׁלָּכֶם : לָכֶם : אֶתְכֶם : מִמְּכֶם :
à vobis vos vobis veſtrum Vos
הוּא : שֶׁלּוֹ : לוֹ : אוֹתוֹ : מִמֶּנּוּ מֶנְהוּ : הֵם הֵמָּה :
hi ab hoc hunc huic huius Hic ille iſte
שֶׁלָּהֶם : לָהֶם לָמוֹ : אוֹתָם אֶתְהֶם : מֵהֶם מֵהֵמָּה :
ab his hos his horum

Vel Ipſe, ipſius: Is, eius, &c.

Prima perſona communis eſt generis: Secunda, & tertia variantur duplici genere: maſculeum, modò dictum eſt: fœmineum, ita,

אַתְּ Tu, &c. שֶׁלָּךְ : לָךְ : אֹתָךְ : מִמֵּךְ : מִמֵּךְ : אַתֶּן : אַתֵּנָה : שֶׁלָּכֶן :
לָכֶן : לָכֵנָה : אֶתְכֶן : מִמְּכֶן : הִיא : הוּא : Hæc, ſiue ipſa, ea, &c.
שֶׁלָּהּ לָהּ : אוֹתָהּ : מִמֶּנָּה : הֵן הֵנָּה : שֶׁלָּהֶן : לָהֶן לָהֵנָּה : אוֹתָנָה
אֶתְהֶן אוֹתָן אוֹתְהֶן : מֵהֶן מֵהֵנָּה :

Sunt & hæc maſculea demonſtratiua tertiæ perſonæ זו הַלָּזֶה הַזֶּה זֶה Hic, iſte, &c. Fœminea, זאת זו. Communia, אֵל אֵלֶּה :

Relatiuum communis generis & vtriuſque numeri, אֲשֶׁר qui, quæ.

De verborum literis, perſonis, numeris, generibus, coniugationibus, ac temporibus, & eorum nominibus, Cap. x x.

VErbum tribus conſtat literis radicalibus: actu, vt in perfectis, vt שָׁמַר cuſtodiuit. Vel potentia puncti regalis, aut longi: vt in קָם pro קָאַם ſurrexit. Cæte-

teris, prima ſpecies eſt vt צָרְפַת Gallia.

2 צָרְתָן Sarthán.
3 אַבְנֵט baltheus.
4 שַׁרְבִיט virga.
5 כַּפְתּוֹר ſphæra.
6 אַרְגַּז arca, גַּנְזַךְ theſaur'.
7 בַּרְזֶל ferrum.
8 דַּרְכְּמוֹן drachma.
9 קַרְסֹל crus.
10 פִּלֶּגֶשׁ concubina, ſecunda vxor.
11 כִּסְלֵו Nouember.
12 עֲמָלֵק Hamalèc, עֲרָפֶל Haraphél.
13 חַלָּמִישׁ fortis, aut dura petra, ſilex.
14 סְפָרַד Hiſpania.
15 בְּדֹלַח bdelium aut margarita.
16 שְׁקַעֲרוּר niger, turpis.
17 פְּתִיגִיל faſcia pectoralis.

Nominum verò quinque literarum diſtinctarum, prima ſpecies eſt vt אַרְגָּמָן purpura.

2 שַׁעַטְנֵז veſtis è lino lanaque contexta.
3 אֲגַרְטָל phiala.
4 צְפַרְדֵּעַ rana.
5 אֲדַרְכְּמוֹן drachma.

De pronomine ſeparato. Cap. XIX.

Pronomen diuiditur in coniunctũ & ſeparatum. Coniunctum eſt quod nomini aut verbo coniungitur, de quo ſuo in loco dictum eſt. Separatum, eſt pronomen demonſtratiuum primæ, ſecundæ, & tertiæ perſonæ, quæ variantur ſecundum accentuum varietatem, præcipuè ſoph paſſúc, atnách, & ſæpe zaképh, vt

אֲנִי אָנִי אֲנִי׃ אָנֹכִי אָנֹכִי אָנֹכִי׃ שֶׁלִּי׃ לִי׃ אֹתִי אוֹתִי׃ מִמֶּנִּי מִנִּי׃
à me me mihi, mei Ego

אֲנַחְנוּ אֲנָחְנוּ נַחְנוּ אֲנוּ׃ שֶׁלָּנוּ׃ לָנוּ׃ אוֹתָנוּ׃ מִמֶּנּוּ׃
à nobis nos nobis noſtrum Nos.

2 נָקִי innocens.
3 צְרִי reſina vel theriaca,
יֹופִי pulchritudo.
4 שַׁי munus.
5 פֶּה os,oris.
6 פְּרִי fructus.

At eorum quæ deſinunt in א quieſcens, prima ſpecies eſt vt צָבָה exercitus,tempus.

2 נָשִׂיא princeps.
3 קַנָּא æmulator.
4 גֹּמֶא iuncus.
5 דַּכָּא contritus.
6 חַטָּאת peccatum.
7 כִּסֵּא foliū,נְשֵׂאת munus.
8 גֶּבֶא fouea,חֵטְא peccatū.
9 קְרָאת occurſus.

De nominibus geminatis ſimpliciter,& iis quæ aſſumũt ה vel מ aut ת in principio,& nominibus quadratis,& quinque literarum, Cap.x v i i i.

Geminatorum nominum prima ſpecies eſt vt דַּל pauper,זַךְ mundus,גַּן hortus.

2 עֵת tempus,קֵן nidus.
3 תֹּם perfectio.
4 גֵּרָה ruminatio.
5 חַדָּה acuta.
6 מִדָּה mēſura,& חִנָּם gratis.
7 חַגָּה feſtum, מֵרָה amaritudo.
8 סֻכָּה tabernaculum.

Quod aſſumit ה,eſt vt הֲמֻלָּה loquela. Quod verò aſſumit ת,prior ſpecies eſt vt תֶּבֶל confuſio. Altera eſt vt תְּפִלָּה oratio.

Aſſumentium autem מ,prima ſpecies eſt vt מָסָךְ tentorium.

2 מָעוֹז fortitudo.
3 מֹרֶךְ mollis.
4 מְרֹד extenſio.
5 מְעַל exaltatio.
6 מוּשָׁק operimentum.
7 מַשָּׁק ambulatio.
8 מֶכֶס ſupputatio.
9 מְסַב circuitus.
10 מְאֵרָה maledictio.
11 מְגִלָּה volumen.

Quadratorum verò, hoc eſt quatuor conſtantiũ li-

4 גָּלוּת captiuitas.
5 עֲרוֹת ornamentum, pro עֲרָיוֹת.
6 שֹׁקֶת canale.
7 צֶפֶת corona.
8 חֲצוֹת dimidiũ, mediũ.
9 חֲנִית lancea.
10 שְׁבוּת captiuitas.

Eorum verò quæ aſſumunt א, prima ſpecies eſt vt אֲחָוָה annuntiatio.

2 אֶתְנָה merces.
3 אֶתְנַן merces.

Quod aſſumit ה, eſt vt הַרְבֵּה multitudo, multum.
Quod aſſumit נ & מ eſt vt נִמְבְזֶה contemptibilis.

At eorũ quæ aſſumunt מ, prima ſpecies eſt vt מַרְאֶה viſio.

2 מַתְּלָאָה labor, cum ה ſigno fœmineo, radicali deficiente.
3 מֵעַל ſuperius.
4 מַרְבִּית augmẽtũ, vſura.
5 מַחֲנֶה turma, caſtra.
6 מִצְוָה præceptum.
7 מִקְנֶה pecus.
8 מַחֲסֶה tegmen.

Porrò eorum quæ aſſumunt ת, prima ſpecies eſt vt תַּבְנִית ſimilitudo.

2 תַּחֲנוּס turma.
3 תַּרְבּוּת incrementum.
4 תַּאֲוָה deſiderium.
5 תִּגְרָה contẽtio, irritatio.
6 תֹּאֲנָה occaſio.
7 תָּרְמָה dolus, cum ה ſigno fœmineo radicali deficiente.
8 תְּהִלָּה lumen, ſtultitia.
9 תְּעָלָה aquæductus.

Eorum verò quæ carent ſimpliciter ה, prior ſpecies eſt vt אָב pater, יָד manus, אָח frater. Poſterior eſt vt בֵּן filius, עֵץ lignum vel arbor.

At eorùm quæ vice ה habent ו, vel י, prima ſpecies eſt vt דְּיוֹ atramentum.

8 חַיִל exercitus, diuitiæ, fortitudo.
9 קָמָה ſeges.
10 צֵדָה cibus,annona.
11 עֵדוּת teſtimonium.
12 חִידָה ænigma, רֵאשִׁית principium.
13 פִּישׁוֹן Piſon.
14 בֹּשֶׁת confuſio.
15 צוּרָה figura.
16 נַחַת requies.
17 בָּשְׁנָה confuſio.

Aſſumētium verò ה, duæ ſunt ſpecies: prior vt תְּנֻפָּה cribratio. Altera eſt vt הֲפוּגָה requies.

Vna eſt ſpecies aſſumens ת, vt תְּבוּנָה intelligentia, prudentia.

Aſſumentium מ, prima ſpecies eſt vt מָקוֹם locus.

2 מָגוֹר pauor.
3 מֵרוֹץ curſus.
4 מוּצָק anguſtia.
5 cum duplici מ, מַמְגּוּרָה horreum.

De nominibus deſinentibus in ה radicale, vel deſeruiens, quæ in principio nullam aſſumunt literam deſeruientem: & iis quæ in fine habent ו vel י vice ה: & iis quæ aſſumūt in principio א, vel ה, aut ג aut מ vel ת, & iis quæ carent ה, vel carent ה finali, ſuffecto illius loco י aut ו, & iis quæ in א deſinunt, Cap. XVII.

Deſinentium in ה, nulla in principio facta additione, prima ſpecies eſt vt שָׁנָה annus.

2 שָׂדֶה ager.
3 quæ eſt cū ה ſigno fœminco, deficiente ה radicali, eſt vt פֵּאָה angulus.
4 רֵעֶה amicus.
5 תּוֹעָה error.
6 חָזוּת viſio.
7 בְּכִי fletus.

Eorum verò quæ in fine habēt ו, vel י, vel ת vice ה, & in fine ן vel ת literas deſeruientes, prima ſpecies eſt vt חָרוֹן ira.

2 הֵרוֹן conceptus.
3 אָחוֹת ſoror.

De nominibus defectiuis quæ videlicet carent נ,vel י, quæ in principio aſſumunt מ vel ת,& in fine nonnulla ה radicale, aut deſeruiens, vel נ,aut ת, Cap. x v.

Et aſſumentium מ,& carentium נ,prima ſpecies eſt vt מַסָּע profectio.

2 מַשֹּׂר ſerra.
3 מַבּוּעַ fons.
4 מַפָּלָה cadauer.
5 מַגֵּפָה plaga.
6 מַצָּה lis.
7 מַטֶּה virga.
8 מַצּוּת lis.
9 תּוּפִּין coctio.

Carentium verò י,prima ſpecies eſt vt דֵּעַ ſcientia.

2 צֵא ſtercus.
3 צוֹאָה excrementū, ſtercus.
4 בּוּל fructus.
5 צֶאֱצָא germen,filius.
6 שֵׁנָה ſomnus.

Aſſumētium מ,prima ſpecies eſt vt מֵישָׁר rectitudo.

2 מוֹשָׁב ſedes.
3 מוֹצָא exitus.
4 מוֹעֵד tempus, ſolēnitas.
5 מוֹרָשָׁה hæreditas.
6 מוֹדַעַת cognatio.
7 מוּסָר eruditio, correctio.
8 מוּסָדָה fundamentum.

At aſſumentium ת, prima ſpecies eſt vt תֵּימָן auſter.

2 תִּינוֹק lactens.
3 תּוֹשָׁב incola.
4 תּוֹכַחַה increpatio,diſputatio.
5 תּוֹכֵחָה increpatio.
6 תּוֹרָה lex.

De nominibus quorum ſecunda quæ eſt ו quieſcit,quorū nonnulla aſſumunt ה vel מ aut ת in principio:& in fine ה vel נ au ת, Cap. x v i.

Nominum,quorum ſecunda quæ eſt ו,quieſcit,prima ſpecies eſt vt דָּג piſcis.

2 זָדוֹן ſuperbia.
3 גֵּר peregrinus.
4 זָדוֹן ſuperbia.
5 סִיר olla,ſpina.
6 סוֹד ſecretum, conſiliū.
7 פּוּר ſors.

De nominibus quæ præter literas radicales aſſumũt in principio א, vel ה, vel י, aut נ, vel ת, & in fine nonnulla habent ה, aut י, vel ן, aut ת, Cap. X I I I I.

Et aſſumentium א prima ſpecies eſt vt אֲבַטִּיחַ pepo.

2 אַבְנֵט baltheus.
3 אַכְזִיב mendacium.
4 אֶצְבַּע digitus.
5 אֶגְרוֹף pugnus.
6 אַזְכָּרָה memoria, monimentum, ſuffimẽtum, aut odor.
7 אַשְׁמוּרָה cuſtodia.
8 אֲבַעְבּוּעָה puſtula.
9 אֶצְעָדָה armilla.
10 אַפֶּדֶן palatium.
11 אֲדַרְכּוֹן drachma.
12 אַפִּרְיוֹן lectica.
13 אַכְזְרִיּוּת crudelitas.
14 אַשְׁמוּרֶת cuſtodia.

Aſſumentium ה prima ſpecies eſt vt הַכָּרָה agnitio.

2 הַשְׁמָעוּת auditio.
3 הֶנְרֵוֹף impulſio, quanquam poteſt eſſe & macor.

At aſſumentium י prima ſpecies eſt vt יִצְחָק Iſchác.

2 יַעֲקוֹב Iahacob.
3 יַעֲזֵר Iahazér, vrbis nomen.
4 יַלְקוּט pera.

Aſſumentium verò נ prima ſpecies eſt vt נַפְתּוּל luctatio. Poſterior, vt נִמְרוֹד Nimrod.

Porrò aſſumentium ת, prima ſpecies eſt vt תַּשְׁבֵּץ veſtis ſtricta.

2 תַּלְמִיד diſcipulus.
3 תַּנְחוּם conſolatio.
4 תִּדְהָר cedri ſpecies.
5 תְּבַלּוּל albugo.
6 תְּקוֹמֵם inimicus.
7 תַּרְדֵּמָה ſopor.
8 תַּעֲנִיָּה luctus.
9 תַּנְחוּמָה conſolatio.
10 תִּפְאָרָה gloria.
11 תַּחְכְּמֹנִי ſapiens.
12 תִּלְבֹּשֶׁת veſtis.
13 תִּפְאֶרֶת gloria.

4 נַאֲפוּף adulteriũ, & שַׁבְלוּל cochlea.
5 שַׁעֲרוּרִיָּה turpitudo.
6 שַׁעֲרוּרִית turpitudo.
7 קַשְׂקֶשֶׂת ſquama.
8 נִיצוֹץ ſcintilla.
9 פִּרְחַח paruulus. & שַׁאֲנָן quietus.
10 צִלְצַל fiſcella.
11 קָדְקֹד vertex.
12 צִלְצַל rubigo, & in regimine צִלְצַל.
13 חֲבַקּוּק Chabaccúc, proprium nomen.
14 יְרַקְרַק ſubuiridis.
15 פְּתַלְתֹּל durus aut peruerſus.
16 יְפֵהפֶה pulcher.
17 חֲצֹצְרָה tuba claſſica.
18 קְלוֹקֵל leuis.

De nominibus quæ cum tribus literis radicalibus aſſumunt מ. cõſtitutiuum nominis punctatum cum pathách, vel ſegól, aut chiric, aut camés chathéph vel ſeuá, & de iis quæ aſſumũt מ in principio, & in fine ה, aut ת, vel ן, Cap. XIII.

Sunt & alia nomina quæ præter literas radicales aſſumũt מ in principio: vel מ in principio, & ה aut ת, vel ן in fine. Et horum prima ſpecies eſt vt מַלְמָד ſtimulus, מַלְאָךְ angelus.

2 מַשְׁבֵּר vulua.
3 מַשְׂכִּיל intelligentia.
4 מַכְאוֹב dolor.
5 מַנְעוּל ſera, peſſulus.
6 מַמְלָכָה regnum.
7 מַהְפֵּכָה euerſio.
8 מַאֲפֵלְיָה caliginoſa.
9 מֶמְשָׁלָה dominium.
10 מִשְׁכָּן habitaculum.
11 מִזְמוֹר pſalmus, aut cãtus.
12 מִסְדְּרוֹן grad' ordinatus.
13 מִשְׁפָּחָה familia.
14 מַשְׁחִת corruptio.
15 מִשְׁקֶלֶת pondus, מַחֲגֹרֶת cingulum.
16 מַחֲשֶׁבֶת cogitatio.
17 מִשְׁכֵּנוּת paupertas.
18 מִשְׁמֶרֶת cuſtodia.
19 מְלָאכָה opus.
20 מְבַשֵּׁל coquus.

14 שְׁאֵרִית reſiduum, שְׁאֵרִיּוֹת reſidua.

15 כְּבֵרוּת grauitas.

16 נְחֹשֶׁת æs, נְחֻשְׁתּוֹ æs eius, נְחֻשְׁתִּי æs meum.

17 יְבֶמֶת fratria, יְבִמְתּוֹ fratria eius. Et בְּהֵמָה animal, בְּהֶמְתּוֹ animal eius: & תְּכֵלֶת hyacinthus.

18 כְּסִילוּת ſtultitia.

De nominibus habentibus tres literas radicales, deſinentibus in ם, aut ן, & de geminatis, Cap. XII.

Præterea nominũ tres radicales literas habentium quædam deſinunt in ם, nonnulla in ן, & aliqua ſunt geminata. Deſinentium in ם duæ ſunt ſpecies: prior, vt פִּרְיוֹם fructus, שִׁלְשׁוֹם nudiuſtertius. Poſterior verò vt סַלְעָם atthacus.

Deſinentium in ן quindecim ſunt ſpecies.

Prima, vt גַּרְזֶן ſecuris.

2 נֵרָאוֹן contemptus.

3 פַּעֲמוֹן tintinnabulum.

4 חַרְצַן acinus, חַרְצַנִּי acini.

5 דָּרְבָן ſtimulus, דָּרְבֹנוֹת ſtimuli.

6 חֶסְרוֹן defectus.

7 קִיקָיוֹן cucurbita.

8 סִגְדָּן pomum, מִגְדָּנוֹת poma.

9 זִכְרוֹן memoria, memoriale.

10 קָרְבָּן oblatio. p cum cam̃es paruo.

11 רְעָבוֹן fames.

12 יְשִׁימוֹן ſolitudo.

13 עֲקַלָּתוֹן tortuoſus.

14 אֲבַדּוֹן perditio.

15 שִׁבָּרוֹן contritio.

16 שִׁבְרוֹן contritio.

17 אֲחֹרַנִּית retrorſum.

Nominum verò geminatorum prima ſpecies eſt, vt גַּרְגַּר granum.

2 סַגְרִיר pluuia.

3 כַּרְכּוֹם crocus.

De nominibus habentibus tres literas radicales, deſinentibus in ת ſignum communiter fœmineum, Cap. XI.

Deſinentium verò in ת prima ſpecies eſt שִׁבֹּלֶת ſpica, שִׁבֳּלִים ſpicæ: בִּקֹּרֶת pulſata, בִּקֹּרוֹת pulſatæ. Et cum ſúrec & daghés כֻּתֹּנֶת tunica, כֻּתָּנְתּוֹ tunica eius, כֻּתֳּנוֹת tunicæ. מְחֶרֶת require capite X, ſpecie 15.

2 חוֹתֶרֶת capitellum, חוֹתָרוֹת capitella. Et tertia exiſtente gutturali, vt תּוֹלַעַת vermis.

3 קוֹמְמִיּוּת erectio.

4 כֻּסֶּמֶת zea, ſiue ſpelta, כֻּסְּמִים zeæ, ſiue ſpeltæ. Et קֻבַּעַת fæx, קֻבְּעִים קֻבְּעוֹת fæces.

5 כַּפֹּרֶת propitiatorium, כַּפֹּרוֹת propitiatoria. Et ſine daghés propter ר, vt פָּרֹכֶת velum, פָּרֹכוֹת vela.

6 אַחֲרִית nouiſſimum, אַחֲרִיתוֹ nouiſſimum eius.

7 צַמֶּרֶת ramus, צַמַּרְתּוֹ ramus eius., צַמָּרוֹת צַמְּרוֹת rami. Et cum chiríc אִגֶּרֶת epiſtola, אִגְּרוֹת epiſtolæ. Et סַפַּחַת ſcabies.

8 צַפִּיחִית laganum, צַפִּיחִיּוֹת lagana.

9 אֱיָלוּת fortitudo, אֱיָלוּתוֹ fortitudo eius, אֱיָלוּתִי fortitudo mea.

10 גַּבְהוּת altitudo, גַּבְהוּיוֹת altitudines. Et cum chólem, vt אַשְׁפּוֹת ſtercus, אַשְׁפַּתּוֹת ſtercora. Et cum kibbús, ſephatháim, vt זְלֻוּת pro זְלָלוּת vtilitas, & אַלְמָנוּת אַלְמְנוּת viduitas.

11 חַכְלִילוּת rubedo, חַכְלִילוּיוֹת rubedines.

12 חֲמִשִׁית quintum, id eſt quinta pars.

13 גָּפְרִית ſulphur, גָּפְרִיּוֹת ſulphura, cum camés paruo.

tio eius. Hanc reducit R. Dauid ad 14 ſpeciem.

13 עֲלִיָּה cœnaculum, עֲלִיּוֹת cœnacula.

14 שִׁפְחָה שִׁפְחַת ancilla, שִׁפְחָתוֹ ancilla eius, שְׁפָחוֹת שִׁפְחוֹת ancillæ. Et nonnulla plurale mittunt in ים, vt פִּשְׁתָּה linum, פִּשְׁתִּים lina. & חִטָּה pro חִנְטָה triticum. Et cũ pathách, שַׂלְמָה שַׂלְמַת veſtis, שַׂלְמָתוֹ veſtis eius, שַׂלְמוֹת veſtes. Et cum ſeghól, vt חֶלְקָה iam memoratum, & שְׁאֵלָה vt in 12 ſpecie.

15 חָכְמָה חָכְמַת ſapientia, חָכְמָתוֹ ſapientia eius, חָכְמוֹת ſapientiæ, חָכְמוֹתָיו ſapientiæ eius. Et cum ſúrec in hac ſpecie, vt טֻמְאָה טֻמְאַת immunditia, טֻמְאָתוֹ immunditia eius. & מָחֳרָת cras: quo in nomine ת eſt loco ה. & propter ת, camés chathéph tranſiuit à ם in ח: At in כָּאשָׁה ſpina, eſt cum ſeuá, & in הָלְאָה vltra, ה eſt cum camés lõgo.

16 לִבְנֶה populus arbor, לִבְנִים populi, עֲלֻפֶּה feſſus, עֲלֻפִּים feſſi, & אִשֶּׁה pro אִשְׁשֶׁה oblatio, & תָּפְתֶּה Tophtéh.

17 צְדָקָה צִדְקַת iuſtitia, צִדְקָתוֹ iuſtitia eius, צְדָקוֹת צִדְקוֹת iuſtitiæ.

18 גְּזֵלָה גְּזֵלַת rapina, גְּזֵלָתוֹ rapina eius, גְּזֵלוֹת rapinæ. בְּהֵמָה בֶּהֱמַת animal, בְּהֶמְתּוֹ animal eius.

19 מְדִינָה מְדִינַת prouincia, מְדִינָתוֹ prouincia eius, מְדִינוֹת prouinciæ.

20 עֲבוֹדָה עֲבוֹדַת ſeruitus, עֲבוֹדָתוֹ ſeruitus eius, עֲבוֹדוֹת ſeruitutes.

21 אֲגֻדָּה אֲגֻדַּת faſciculus, אֲגֻדּוֹת faſciculi. Et ſine daghés, גְּבוּרָה גְּבוּרַת fortitudo, גְּבוּרָתוֹ fortitudo eius, גְּבוּרוֹת fortitudines.

29 זְאֵב lupus, זְאֵבִים lupi.

30 פְּתִיל filum, vitta, אֱוִיל ſtultus.

31 שְׁכֶם humerus, שִׁכְמוֹ humerus eius.

32 גְּבוּל terminus, גְּבוּלוֹ terminus eius.

De nominibus quæ tres habent literas radicales, deſinentibus in ו, vel י, aut ה, Cap. x.

Sunt & alia quæ aſſumunt ו, aut י, vel ה in fine, quorum prima eſt vt בּוֹכְרוּ Bochrú, proprium viri nomen: & תֹהוּ deſolata, aut ſolitudo, & בֹּהוּ inanis, quæ ſunt vt תֹּהְיוּ בֹּהְיוּ.

Secunda, יְהוּדִי Iehudæus, יְהוּדִים pro יְהוּדִיִּים Iehudæi.

3 חָפְשִׁי liber, חָפְשִׁים תַּחַת חָפְשִׁיִּים liberi.

4 מִצְרִי AEgyptius, vt in capite de nominibus gentilibus, & nominibus numeralibus ordinalibus.

5 נַחֲרַי Nacharai, proprium viri nomen. & cum י quieſcente, כֵּילַי auarus, שַׁדַּי omnipotens, cuius perfectum eſt שַׁדְּדַי.

6 תּוֹעֵבָה תּוֹעֲבַת abominatio, תּוֹעֵבוֹת abominationes.

7 אֻרְיָה præſepe, אֻרְיוֹת præſepia: & cum daghés, חֻתְלָה felis, חֻתְלוֹת feles.

8 דוּמִיָּה ſilentium.

9 בַּקָּשָׁה בַּקָּשַׁת petitio, בַּקָּשָׁתוֹ petitio eius, בַּקָּשׁוֹת בַּקְשׁוֹת petitiones.

10 חַבּוּרָה חַבֻּרַת liuor, חַבֻּרָתוֹ liuor eius, חַבּוּרוֹת liuores.

11 נֶחָמָה נֶחָמַת conſolatio, נֶחָמָתוֹ cõſolatio eius, נֶחָמוֹת conſolationes.

12 חֶלְקָה חֶלְקַת pars, חֶלְקָתוֹ pars eius, חֲלָקוֹת partes. Et ſecunda exiſtente א, vt שְׁאֵלָה שְׁאֵלַת petitio, שְׁאֵלָתוֹ peti-

pus, פָּעֳלוֹ opus eius, פְּעָלִים opera. præter בֹּהֶן pollex, & בְּאֹשׁ fœtor.

19 חוֹרֹן Chorón, vrbis nomen, quod tamen inter perfecta non cenſeo reponendum, vt communiter ponitur.

20 שׁוּעָל vulpes, שׁוּעָלִים vulpes. & cum pathách, vt סוּגַר carcer, & cum daghés, vt סֻלָּם ſcala.

21 שׁוּנֵם Suném, vrbis nomen. & cum daghés, כֻּסֶּמֶת zea, ſiue ſpelta, כֻּסְּמִים zeæ, ſiue ſpeltæ.

22 גַּנָּב גַּנָּב fur, גַּנָּבִים fures. גַּנָּבוֹ fur eius.

23 מַקֵּל baculus, מַקְלוֹ baculus eius, מַקְלוֹת baculi. Et ſecunda exiſtente gutturali, aut ר, vt שָׁרֵת miniſter, מַהֵר feſtinus, רַחֵם miſericors, aut miſeratio, מָאֵן renuens.

24 אַבִּיר fortis, אַבִּירִים אַבִּירֵי fortes.

25 אַלּוּף dux, אַלּוּפִים אַלּוּפֵי duces.

26 אֶרֶץ אֶרֶץ אָרֶץ אֶרֶץ אָרֶץ הָאָרֶץ וָ Terra, בָּאָרֶץ in terra, כָּאָרֶץ ſicut terra, לָאָרֶץ ad terram: אַרְצוֹ terra eius, אַרְצְךָ vel אַרְצֵךְ terra tua. אֲרָצוֹת אַרְצוֹת terræ. Et cum chiríc, צֶדֶק iuſtitia, צִדְקוֹ iuſtitia eius. Et cum quinque punctis, עֵזֶר auxilium, עֶזְרוֹ auxilium eius, סֵפֶר liber, סִפְרוֹ liber eius. Et ſecunda exiſtente gutturali, vt נַעַר puer, נַעֲרוֹ puer eius. נְעָרִים pueri, נְעָרָיו pueri eius. Et tertia exiſtente gutturali, vt פֶּרַח פֶּרַח flos, פִּרְחוֹ פִּרְחָהּ flos eius, פְּרָחִים flores, פְּרָחֶיהָ flores eius.

27 דְּבַשׁ דְּבַשׁ mel, דִּבְשׁוֹ mel eius, דִּבְשִׁי mel meum. Et cum daghés in plurali, & cum pronomine, vt זְמַן tempus, זְמַנּוֹ tempus eius, זְמַנִּים tempora.

28 גֹּדֶל magnitudo, זְרוֹעַ brachium.

5 בָּרוּךְ בְּרוּךְ benedictus, בְּרוּכוֹ benedictus eius. בְּרוּכִים benedicti. Et ſunt quæ in plurali habēt daghés, vt חָרוּל vrtica, חֲרֻלִּים vrticæ.

6 עָוֶל עָוֶל peruerſitas, עַוְלוֹ peruerſitas eius. At מָוֶת mors, תָּוֶךְ medium, faciūt מוֹת mors, & in regimine מוֹתֵי mortes: תּוֹךְ medium, תּוֹכוֹ medium eius.

7 הֵילֵל lucifer, תֵּבֵל orbis.

8 לֵבָב לְבַב cor, לְבָבוֹ cor eius, לְבָבִים לְבָבוֹת corda, לִבְבֵיהֶם corda eorum, לִבְבֵיהֶן corda earum.

9 אֵזוֹב Hyſſopus, & עָרוֹם nudus, עֲרֻמִּים nudi, cum daghés, plurale.

10 אֵבוּס præſepe. At אֲבוּסָיו præſepia eius, & אֲבוּסֶיךָ præſepia tua. vel mutata ſunt præter normam, aut alterius ſunt ſpeciei.

Quæ ſunt vt עִוֵּר, require in 27 ſpecie.

11 אִכָּר אִכַּר Agricola, אִכָּרִים agricolæ, אִכָּרֵיהֶם agricolæ eorum.

12 קִישׁוּר faſcia, & quædam ſunt cum daghés, vt גִּבּוֹר potens, & id genus.

13 עִקֵּשׁ peruerſus: & חֵרֵשׁ ſurdus cum ſerí vice daghés, cuius non eſt ſuſceptibilis litera ר.

14 קִבּוּץ cōgregatio: & זֵרוּעַ ſatus cū ſerí vice daghés.

15 גּוֹרָל גּוֹרַל ſors, גּוֹרָלוֹ ſors eius, גּוֹרָלוֹת גֹּרָלוֹת. Et quædam in plurali ſunt cū daghés, vt אוֹפָן rota, אוֹפַנִּים rotæ.

16 חוֹרֵשׁ artifex, חוֹרְשִׁים חוֹרְשֵׁי artifices.

17 אוֹכֶל cibus: & non variatur.

18 חֹדֶשׁ Menſis, חָדְשׁוֹ menſis eius. חֳדָשִׁים mēſes, חֳדָשָׁיו menſes eius. Et ſecunda exiſtente gutturali, vt פֹּעַל o-

rietates, inueniuntur in aliis ſpeciebus. Hoc enim pro paradigmate omnium poſitum eſt, quantum attinet ad pronomina, ſeu pronominum coniunctionem.

Et cum litera gutturali, חָכָם חֲכַם Sapiens, חֲכָמִים Sapientes, &c.

Tria ſunt etiam in hac ſpecie quæ in coniunctione, & in plurali præter aliorum normam habent daghés, גָּמָל camelus, גְּמַלִּים cameli. קָטָן paruus, קְטַנִּים parui. שָׁפָן cuniculus, שְׁפַנִּים cuniculi. Et propter daghés præcedens litera eſt cum pathách.

Secunda שָׁכֵן שְׁכַן vicinus, שְׁכֵנוֹ vicinus eius, שְׁכֵנְךָ vicinus tuus. שְׁכֵנִים vicini, שְׁכֵנָיו vicini eius.

3 קָצִיר קְצִיר messis, קְצִירוֹ messis eius. קְצִירִים קְצִירֵי meſſes, קְצִירָיו meſſes eius. Et in plurali quædam habent daghés vice hannách, id eſt י literæ quieſcētis, vt חֲנִית lancea: חֲנִתִּים pro חֲנִיתִים lanceæ. נַחִית deſcenſor, נְחִתִּים pro נְחִיתִים, deſcenſores.

4 קָרוֹב קְרוֹב propinquus, קְרוֹבוֹ propinquus eius, קְרוֹבְךָ propinquus tuus. קְרוֹבִים propinqui, קְרוֹבָיו propinqui eius. Et cum maccháph chólem mutatur in camés chatéph, vt גָּדוֹל גְּדָלְךָ־כֹּחַ, magnus, magnus tu fortitudine, aut potentia, Nachū 1. Et in plurali quædam habent daghés vice hannách, id eſt ו literæ quieſcentis, vt עָרוֹם nudus, עֲרֻמִּים nudi. אָדוֹם rubeus, אֲדֻמִּים rubei. נָקוֹד punctatus, id eſt punctis reſperſus, נְקֻדִּים punctati, vel punctis reſperſi. Sunt etiam in hac ſpecie quædam dagheſſata, quæ non variantur, vt רַתּוֹק catena, כַּמֹּון cyminum.

rí, chirích, cholem, &c. vt & memoratu & inuentu ſint perfacilia. Quomodo verò cum pronominibus, & in regimine ad nomen ſe habeant, in vno tantum nomine, quum fieri poterit, oſtendemus: nec dicemus ſemper, In regimine, vel cum accentibus, aut cum pronominibus, aut litera gutturali ad hũc variatur modum: ſed in ipſis nominibus varietates ipſas ponemus præterquam in prima.

Sit ergo prima ſpecies,

דָּבָר Verbum. Et in regimine דְּבַר

Et cum pronomine,

דְּבָרוֹ אוֹ דְּבָרֵהוּ : Verbum eius.
דְּבָרְךָ דְּבָרֶךָ דְּבָרֵךְ דְּבָרֶכָה : Verbum tuum.
דְּבָרִי : Verbum meum. דְּבָרָם דְּבָרֵמוֹ : Verbum eorũ.
דְּבַרְכֶם : Verbum veſtrum. דְּבָרֵנוּ : Verbum noſtrum.

Plurale דְּבָרִים Verba: In regimine דִּבְרֵי

Et cum pronominibus,

דְּבָרָיו Verba eius. דְּבָרֶיךָ Verba tua.
דְּבָרַי דְּבָרַי דְּבָרָי Verba mea. דִּבְרֵיהֶם דְּבָרֵימוֹ Verba eorũ.
דִּבְרֵיכֶם Verba veſtra. דְּבָרֵינוּ Verba noſtra.

Et cum pronomine fœmineo,

דְּבָרָהּ Verbum eius. דְּבָרֵךְ Verbum tuum.
דְּבָרָן Verbum earum. דְּבָרִי Verbum meum.
דְּבַרְכֶן Verbum veſtrum. דְּבָרֶיהָ Verba eius.
דְּבָרַיִךְ דְּבָרָיִךְ דְּבָרַיִךְ דְּבָרַיְכִי Verba tua.
דִּבְרֵיהֶן Verba earum. דִּבְרֵיכֶן Verba veſtra.

Et ad hunc modum iungitur pronomen cum nomine: & ſi non ſint in hoc nomine omnes ſignatæ va-

neum. אור lux, eſt maſculeum, quia Geneſ.1. ver.4. Et vidit Deus אֶת־הָאוֹר כִּי־טוֹב lucem quòd bona. & ita de aliis.

Coniunctio in nominibus eſt duplex : nominis ad nomen: vt quum nomen abſolutum ponitur in regimine genitiui, & vtplurimum fit mutatio in pūctis. vt דָּבָר verbum, & abſolutum: ſed דְּבַר eſt in regimine genitiui. Quædam etiam variantur propter accentus athnách, ſoph paſſúc, & zakeph ſuperius memoratos. Quædam verò ſunt, quæ nec in regimine genitiui, nec cum prædictis accentibus mutantur, vt אֶרֶץ terra, de quibus dicturi ſumus in nominum ſpeciebus. Altera eſt nominis cum pronomine, vt דָּבָר verbum, דְּבָרוֹ verbum eius: de qua paulò infrà ſumus dicturi. Eſt & alia nominum diſtinctio, quòd nominum quædam ſunt perfecta, nonnulla quieſcentia, quædam defectiua, & aliqua geminata. Perfectorū quædam ſunt ſimpliciter perfecta, quæ præter literas radicales, & ſubſtantiales nullam habent deſeruientē: de quibus prius agendum. Quædam verò ſunt quæ cum literis radicalibus aſſumunt in principio, vel fine, vel in vtroque aliquam literam non radicalem, ſed aut nominis conſtitutiuam, aut generis oſtenſiuam: de quibus ſubinde dicendum. At de quieſcentibus & aliis prædictis ſuo dicemus in loco. De perfectis igitur ſimpliciter dicendum eſt, quorum ſpecies variantur ſecūdum punctorum diuerſitatem, inchoantes à punctis maioribus ſecundum ordinem ſuperius memoratum, camés, ſe-

עֲשִׂירִי :	תְּשִׁיעִי :	שְׁמִינִי :	שְׁבִיעִי :	שִׁשִּׁי :
Decimus	Nonus	Octauus	Septimus	Sextus

Sed fœminea ſunt:

חֲמִישִׁית :	רְבִיעִית :	שְׁלִישִׁית שְׁלִישִׁיָּה :	שֵׁנִית שְׁנִיָּה :	רִאשֹׁנָה :
Quinta	Quarta	Tertia	Secunda	Prima
עֲשִׂירִית :	תְּשִׁיעִית :	שְׁמִינִית :	שְׁבִיעִית :	שִׁשִּׁית :
Decima	Nona	Octaua	Septima	Sexta

A decem & ſuprà, cardinalibus vtuntur numeris, vt עַשְׁתֵּי עָשָׂר vndecimus, שְׁנֵים עָשָׂר duodecimus, & ſic de aliis.

De generibus nominum & eorum coniunctione cum pronominibus, & ſpeciebus nominum perfectorum, Cap. IX.

Accidit nomini genus duplex, זָכָר Maſculeū, ונקבה & fœmineum. Et nomina generum & ſpecierum ſub quocunque genere venerint, vtrunque comprehendunt ſexum, vt dictum eſt cap. 7. Sunt etiam nonnulla, quæ in vtroque genere inueniuntur. Communiter nomina deſinētia ה vel ת, fœminei ſunt generis, præter nomina numeralia cardinalia, quæ ſunt maſculea, vt habes cap. 8, & nomina generum & ſpecierum. Et in ſcriptura genus nominum cognoſces ex coniunctione ipſorū cum nominibus adiectiuis, participiis, & verbis, quibus (vt nomini ſubſtantiuo) accidit duplex genus, vt עֵץ lignum, arbor, eſt maſculei generis, quia Pſal. 1. verſ. 3. dicitur כְּעֵץ שָׁתוּל tanquā arbor plantata, &c. שָׁתוּל enim eſt participium maſculeum. דֶּרֶךְ eſt fœmineum, quia eodē Pſalmo ſcribitur וְדֶרֶךְ רְשָׁעִים תֹּאבֵד & via impiorum peribit. Verbum enim eſt fœmi

21	20	19	18	17	16	15	14	13	12	11
כא	כ	יט	יח	יז	יו	טו	יד	יג	יב	יא
32	31	30	29	28	27	26	25	24	23	22
לב	לא	ל	כט	כח	כז	כו	כה	כד	כג	כב
43	42	41	40	39	38	37	36	35	34	33
מג	מב	מא	מ	לט	לח	לז	לו	לה	לד	לג
				50	49	48	47	46	45	44
				נ	מט	מח	מז	מו	מה	מד

Et ita cum aliis literis, vſque ad ת, hoc eſt 400. Deinde ſic iunguntur:

3000	2000	1000	900	800	700	600	500
גֿאֿ	בֿאֿ	אֿ	תתק	תת	תש	תר	תק
			8000	7000	6000	5000	4000

Et ſic cum aliis literis. חֿאֿ זֿאֿ וֿאֿ הֿאֿ דֿאֿ

Alii accipiunt literas finales hoc modo,

900	800	700	600	500
ץ	ף	ן	ם	ך

Deinceps hoc modo,

5000	4000	3000	2000	1000
הֿ	דֿ	גֿ	בֿ	אֿ
10000	9000	8000	7000	6000
יֿ	טֿ	חֿ	זֿ	וֿ

At nomina numeralia ordinalia ſunt maſculea quidem:

ראשון ׃ שני תחת שניי ׃ שנים תחת שניים ׃ שלישי

Tertius ſecundi Secundus Primus

שלישים תחת שלישיים ׃ רביעי רביעים ׃ חמשי חמישיים ׃

Quintus Quartus tertii

Fœminea verò ſunt hæc,

אַרְבַּע	שָׁלֹשׁ שְׁלֹשׁ :	שְׁתַּיִם שְׁתַּיִם שְׁתֵּי :	אַחַת :
Quatuor	Tres	Duæ	Vna

תֵּשַׁע תְּשַׁע :	שְׁמֹנֶה :	שֶׁבַע שְׁבַע :	שֵׁשׁ :	חָמֵשׁ חֲמֵשׁ :
Nouem	Octo	Septem	Sex	Quinque

עֶשֶׂר עֲשָׂרָה :
Decem

Et à decem vſque ad viginti, præponitur numerus minor maiori hoc modo אַחַד עָשָׂר, id eſt vndecim, שְׁנֵים עָשָׂר duodecim : & ita in aliis. Et fœminea אַחַת עֶשְׂרֵה vndecim, שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה duodecim, &c. אֶחָד וְעֶשְׂרִים vnus & viginti, &c. אַחַת וְעֶשְׂרִים vna & viginti. אֶחָד וּשְׁלֹשִׁים, vnus & triginta, &c. אַחַת וּשְׁלֹשִׁים vna & triginta. Et ita iunguntur cum אַרְבָּעִים quadraginta, חֲמִשִּׁים quinquaginta, שִׁשִּׁים ſexaginta, שִׁבְעִים ſeptuaginta, שְׁמֹנִים octoginta, תִּשְׁעִים nonaginta. Et à viginti vſque ad centum ſunt communis generis. מֵאָה מְאַת מֵאוֹת Centum: מָאתַיִם ducenti, שְׁלֹשׁ מֵאוֹת trecenta, אַרְבַּע מֵאוֹת quadringenta, & ſic vſque ad nongenta. אֶלֶף אֲלָפִים אַלְפֵי Mille. אַלְפַּיִם duo milia, שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים tria milia, &c. מֵאָה אֶלֶף Centum milia, מָאתַיִם אֶלֶף : ducenta milia, שְׁלֹשׁ מֵאוֹת אֶלֶף trecenta milia, & ita reſiduum.

Signatur & numeri per literas alphabeti hoc pacto,

20	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1
כ	י	ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
400	300	200	100	90	80	70	60	50	40	30
ת :	ש׳	ר	ק	צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל

bere duplex יי, prius ſignificatiuum pluralis, poſterius conſtitutiuum nominis gentilis, quod ſæpius tamen eliditur euphoniæ gratia, vt עִבְרִי Hebræus, עִבְרִיִּים או עִבְרִים Hebræi, מִצְרִי AEgyptius, מִצְרִיִּים או מִצְרִים AEgyptii. Et fœmineum, מוֹאֲבִיָּה Moabitis, מוֹאֲבִיּוֹת Moabitidæ. יְהוּדִית Iehudæa, יְהוּדִיּוֹת Iehudææ. מִצְרִית AEgyptia, מִצְרִיּוֹת AEgyptiæ.

Comparatiui & ſuperlatiui non ſunt propriæ terminationes, ſed fiũt cum יוֹתֵר vel מ, & מְאֹד: vt, צַדִּיק אַתָּה מִמֶּנִּי iuſtior es me. 1.Samuel. 24. יְקָרָה הִיא מִפְּנִינִים pretioſior eſt margaritis. Proue.3. Vidit Deus omne quod fecit, & ecce טוֹב מְאֹד bonum valde, id eſt optimum. Geneſ.1.

Diminutiuum fit per נ aut י, aut literæ geminationem, vt נְחֻשְׁתָּן æreolus, אֲמִינוֹן Aminonulus, proprium nomen ab Amnón, יְרַקְרַק ſubuiridis. Etſi docti negant in hac lingua eſſe formam diminutiui.

De nominibus numeralibus, cardinalibus, Cap. VIII.

Nomina numeralia, cardinalia, maſculea abſoluta, & in regimine, ſunt

אֶחָד אַחַד	אֲחָדִים:	שְׁתַּיִם שְׁנַיִם שְׁנֵי:	
Vnus	Vni	Duo	
שְׁלֹשָׁה שְׁלֹשֶׁת:		אַרְבָּעָה אַרְבַּעַת אַרְבַּעְתָּם:	
Tres		Quatuor	
חֲמִשָּׁה חֲמֵשֶׁת חֲמִשְׁתּוֹ:	שִׁשָּׁה שֵׁשֶׁת:	שִׁבְעָה שִׁבְעַת:	
Quinque	Sex	Septem	
שְׁמֹנָה שְׁמֹנַת:	תִּשְׁעָה תִּשְׁעַת:	עֲשָׂרָה עֶשֶׂר:	
Octo	Nouem	Decem.	

ris, אׇזְנַיִם duæ aures: quorum י eſt cum chiríc. Et nomina generum & ſpecierum ſub quocunque genere venerint, ſiue maſculeo, ſiue fœmineo, vtrũque comprehẽdunt ſexum, vt בְּהֵמָה animal, עוף auis, צאן pecus, חֲמוֹר aſinus, שׁור bos, & id genus alia.

Nomẽ הַתֹּאַר poteſt dici formale. Tóar enim eſt forma, & eſt dialecticis nomen concretum, ſignificãs formam aliquam accidentalem inhærentem alicui ſubiecto habitu aut potentia, vt צַדִּיק iuſtus, חָכָם ſapiens, בָּרִיא ſanus, חולני infirmus, רַחֲמָן miſericors, פַּחְדָן timid', מְעֻוָּת curuus, יָשָׁר rectus. Participium verò ſignificat talem formam actu inhærentem, vt גּוֹנֵב furans actu: גַּנָּב verò quibus habitum & potentiam habet furãdi. Et quia non inueniuntur nomina toarím omnium diſtincta, Sacræ literæ participiis pro illis vtuntur, vt סוחֵר mercator, רוֹפֵא medicus, סוֹלֵחַ propitiator, גּוֹאֵל redemptor, & id genus alia. Et ex iis toarím formari poſſunt verba, vt ex חָכָם, & גָּנַב. & habent ſingulare & plurale, & varietatem in regimine, & cum pronominibus.

Nomen הַפֹּעַל poteſt dici nomen actuale, ſignificãs actum aliquem abſolutè, hoc eſt ſine differentia temporis, quod Latini infinitiuum appellant. & quia ab eo manant temporis differentiæ, hoc eſt agere in hoc, vel illo tempore, appellatur מָקוֹר, id eſt ſcatebra: & locatur inter verba, eò quòd eſt eorum ſcatebra & fons.

Nomen הַיַּחַס eſt nomen gentile, quod gentem, familiámve ſignificat, & maſculea in י, fœminea in יה, aut ית terminantur. Maſculeum, in plurali debet ha-

& redimet, vel cum pathách ſequente litera cum chatheph pathach, vt וַעֲבַדְתֶּם & ſeruietis.

Iunctum verò præterito paroxytono, non vertit, ſed copulat communiter, vt וְשָׁתַלְתִּי & plãtabo. Ieche. 17. Cum præteritis verborum, quorũ ſecunda quieſcit litera, & geminatorum, ו conuerſiuum eſt cum camés, vt וָמֵתָה & morietur, Deuter.22. וָמֵתוּ & morientur, eo capite. וָשָׁב & reuertetur, Ieſah.6. וָקָם & ſurget. Prouerb.24. וָרֹבּוּ & iaculati ſunt, Geneſ.49. Et cum ſúrec, & cum ſeuá loco camés, vt וּמֵתוּ & morientur. Deuter.22. וְקָם & ſurget, Deut.31. debuerant enim eſſe cum camés, quum ſit prius paroxytonum, & alterum monoſyllabum: & hoc non fit in verbis perfectis, ne multiplicentur puncta. non enim dicimus וָלָקַחְתִּי & accipiam: aut וָשָׁמְרוּ ſed cum ſeuá, &c.

De nomine, & eius ſpeciebus haddauár, hattoár, happóhal, haiiáchas, & comparatiuo, & ſuperlatiuo, & diminutiuo. Cap. v i i.

שֵׁם Id eſt nomen, quod eſt prima pars linguæ, quatuor habet ſub ſe potiſſimum partes, nempe nomen הַדָּבָר, id eſt rei, complectens ſub ſe nomina propria, & appellatiua, & abſtracta. Nomen proprium non habet plurale: nec variatur in regimine genitiui: nec præponitur ei ה articulus notificatiuus: neque fit ex eo verbum: quæ quidem quatuór, nomini conueniunt appellatiuo communiter. Tametſi nonnulla ſunt, quæ carent ſingulari, vt נְעוּרִים pueritiæ, & בְּתוּלִים virginitates. Quædam non habent plurale, vt זָהָב aurum. Et quædam pro plurali habent dualia, vt אֹזֶן au-

לָקוּם ad ſurgendum,לָלֶדֶת ad pariendum,לָבֶטַח tutò.

De י,& ב habes in coniugationibus.

ו Communiter punctatur vt ב כ ל , vt וַאֲנִי & ego , וַעֲדַת & cōgregatio,וֶאֱמֶת & veritas,וֶעֱזוּז & fortitudo, וֵאלֹהִים & Deus,וָאֳנִי & nauis, וִיהוּדָה & Iehudáh, וַיהוָה & Dominus,וַאדֹנָי & dominus,וָלֵב & cor,וָאָוֶן & iniquitas, וָפַחַת & fouea,וְשׁוּב & reuerti. Sed quum ponitur vice imperatiui, eſt cum ſeuá,וְשׁוּב & reuertere. Et ſequentibus ב מ פ ſemper eſt cum ſurẽch: vt וּבְדֶרֶךְ & in via, וּמוֹשָׁב & ſedes , וּפִי & os meum . Et ſic quoties ſequitur ſeuá , vt וּלְאֻמִּים & populi aut gentes. Et quando non vertit futurum incipiens à י quod aliàs eſt cum ſeuá,ſeuá quieſcit, & ו eſt cum chiríc, vt וִימַלֵּט & eruet. Si vertat futurum in præteritū,eſt cum pathách,vt וַיַּעֲנֵנִי & reſpondit mihi,aut exaudiuit me. Et ſi fuerit י cum ſeuá quieſcit, vt וַיְחַבֵּר & coniunxit . Sed ת & נ dagheſſantur, vt וַתְּדַבֵּר & locuta eſt,וַנַּגֶּד־לוֹ & indicauimus ei.Sed ſi נ & ת fuerint cum ſeuá,& non vertant futurum in præteritum,tunc ו eſt cum ſúrec,vt וּנְבַקְשֶׁנּוּ & quæremus eum, Cantic.5. Sed cum camés eſt,quando prima perſona futuri vertitur in præteritum,vt וָאָשׁוּב וָאֶשָּׂא & conuerſus ſum, & leuaui,&c.Zachar.5.Et ſi ו ſit cum pathách,& א cū chathéph pathách , non vertit in præteritum ipſum futurum,ſed copulat tantum.Iiob 33, Et tace,וַאֲאַלֶּפְךָ & docebo te ſapientiam.

ו Iunctum præterito breui,vertit ipſum in futurum, & punctatur cum ſeuá,vt וְהָיָה & erit.vel cum ſurẽc,ſequentibus ב מ פ, vt וּבָחַרְתָּ & eliges,וּמָחָה & delebit, וּפָרָה

men Dei quatuor literarum, eſt cum pathách, vt כַּיהוָה ſicut Dominus. & ſi ſequatur י cum ſeuá, י quieſcit, & כ eſt cum chiric, vt כִּימוֹת ſicut dies. Et cum macór verborum quieſcentium in medio, vel verborum geminatorum, eſt cum ſeuá, vt כְּשׁוּב Quum conuerterit, כְּחֹם quum incaluerit. Aliàs כ communiter eſt cum ſeuá, niſi habeat in potentia ה notificatiuum, quia tunc eſt cum pathách, vt כַּשֶּׁמֶן ſicut vnguentum optimum. Pſal. 133, pro כְּהַשֶּׁמֶן. & tunc ſequens litera dagheſſatur, vt כַּדָּבָר ſecundum illud verbum.

ת Deſeruiens futuro, diuerſis modis punctatur, vt habes in verborum coniugationibus.

ב Punctatur ſicut כ. Communiter enim vt כ punctatur cum ſeuá, &c. vt in כ, vt בַּאֲמִתֶּךָ in veritate tua, בַּעֲצַת in conſilio, בֶּאֱמוּנָה in veritate, בֵּאלֹהִים in Deo, בַּיהוָה in Domino, בַּאדֹנָי in Domino, בִּיהוּדָה in Iehudáh, בָּאֱלֹהִים in ipſis diis, בָּחֳרִי in ira, בְּעָנְיִ in afflictione, בְּחָדְשׁוֹ in menſe eius, בְּשׁוּב in conuertendo, בְּסֹב in circumeundo. & ſequente ſeuá eſt cum chiríc, vt בִּתְרוּעָה in iubilatione.

De punctatura א, quod eſt ſignum futuri, dicetur in verbis.

ל Punctatur vt כ & ב, vt לַעֲבֹר ad tranſeundum, לַאֲחֻזָּה in poſſeſſionem, לֵאמֹר ad dicendum, לֶהָרִים montibus, לֵאמֹר ad dicēdum, לִרְאוֹת ad videndum, לִהְיוֹת vt ſit, לִבְרִית in pactum, לֵאלֹהִים diis, לַאדֹנָי Domino, לִיהוּדָה ad Iehudáh, לָאֱלֹהִים ipſis diis, לָאֱמֹרִי ipſi Emoræo. לְחָדְשָׁיו per menſes eius, לֶאֱכֹלָה ad comedendum. Et cum monoſyllabo, & dictione longa, לָעָם populo, לָעִיר ciuitati,

gheſſata:vt הַדָּבָר verbũ, הַמֶּלֶךְ rex. niſi ſit punctata cum ſeuá:quia tunc communiter eſt cum raphéh, vt הַמְכַסֶּה operiens, הַמְדַבֵּר loquens, הַיְקוּם ſubſtantia. Sed quando poſt י eſt vna è literis gutturalibus, י dagheſſatur, vt הַיְּעֵפִים laſſi, הַיְּהוּדִי Iehudæus. tamen הַיְאוֹר riuus, fluuius, eſt cum raphéh. ה verò quando eſt interrogantis, aut admirãtis particula, pũctatur cum chathéph pathach, vt הֲשֹׁפֵט Nunquid iudex, &c. Gen. 19. Si verò ſequatur litera gutturalis, cõmuniter eſt cum pathách: vt הַאִישׁ Num vir, &c. Neche. 6. הַעַיִט Nunquid auis, &c. Irme. 12. הַחִיִּיתֶם Num reſeruaſtis, &c. Numeri 31. Niſi punctetur cum camés, quia tũc euphoniæ gratia communiter eſt cũ ſeghól, vt הֶאָנֹכִי Nunquid ego, Num. 11. הֶהָיְתָה Num fuit, Ioél. 1. Et ſi addatur ei לֹא eſt cõfirmatiuum. Iiob 22, הֲלֹא Nónne malitia tua multa?

כ Sequente litera gutturali punctata cum chathéph pathách, habet pathách, vt כַּאֲרִי ſicut leo, כַּעֲרָבִים ſicut ſalices, כַּחֲצוֹת circa medium, & ſic ח exiſtente cum ſerí: vt כַּחֵלֶב ſicut adeps. Et ſi litera gutturalis fuerit cũ chathéph ſeghól, erit כ cum ſeghól, vt כֶּאֱמֹר quum dixerit. Sed א quieſcente, כ eſt cum ſerí, vt כֵּאלֹהִים ſicut dii. Et ſi litera gutturalis ſit cum chathéph pathách, aut cum chathéph ſeghól, כ eſt cum camés, ſi res ſit emphatica, vt כָּאֲרִי ſicut ipſe leo. ſi verò fuerit cum camés chathéph, ſignato cum ſeuá, eſt cum camés, vt כָּאֳנִיּוֹת ſicut naues. & ſi non fuerit ſignatum ſeuá, vt eſt ſequente ſeuá, aut litera dagheſſata, eſt cum ſeuá, vt כְּחָכְמָתְךָ ſecundum ſapientiam tuam. Iuxta etiam no-

per,quanto magis,nunquid, cum, ſi, antequam, poſt, poſtea,iam,tunc,quando,ſic,ſed. Redundat ſæpe quo ad ſenſum:ponitur & vice vt,ne, ne forte, quia, in. ſed reuera cuncta poſſunt per & explicari.

De punctatura literarum deſeruientium, Cap. VI.

מ In primis deſeruiens, punctatur cum ſerí ſequente litera gutturali, aut ר. ſequentibus verò aliis, cum chirích,ſequēte litera agheſſata. vt מֵאִישׁ à viro, מֵחֹמֶר è luto,מֵהֶם ex eis, מֵעוֹלָם à ſeculo, מֵרֹאשׁ à capite. Cum ח tamen & ר, interdum eſt cum chirích, vt מִחוּט à filo, מִרְדֹּף à perſequendo. Et ſic cum ה punctato cum ſeuá, vt מִהְיוֹת ab eſſendo,ne eſſet.Et ſequente י quod aliàs eſt cū ſeuá,quieſcit, vt מִיהוּדָה de Iehudáh. Et ſic alia, duobus exceptis מִיְּשֵׁנֵי è dormientibus, Dan.12. & מִירֻשָּׁתְךָ de hæreditate tua,2.Paral.20.

ש Communiter punctatur cum ſeghól, vt שֶׁעָלוּ quæ aſcenderunt,Cantic.4.Interdum cum pathách,vt בְּשַׁגַּם eò quòd etiam, Geneſ.6. Et cum camés,vt שָׁאַתָּה quod tu,Iudi.6.Et cum ſeuá,vt שְׁהֵם quod ipſi,Eccleſ.3.

ה Notificatiuum iunctum literis gutturalibus & ר, punctatur cum camés communiter, vt הָאִישׁ vir, הַחוֹטֵא quæ peccauit,הָעוֹלָה holocauſtum,הַהִין hin menſura liquidorum, הָרֹאשׁ caput. Interdum tamen nonnulla ſunt cum pathách: vt הַעִוְרִים cæci, הַחֵמָר bitumen. vel cum ſeghól, ſi ſequens litera ſit punctata cum camés,הֶעָרֹב muſca,הֶהָרִים montes.Iuxta alias literas communiter eſt cum pathách, litera ſequente da-

in vtroque, & participiorum fœmineorum, & infinitiuorum.

ב Eſt in,quum,quando,ex,de,ab,cum, propter,adeò, intantum,ad,ſuper,per,ante,poſt.

א Eſt quorundam nominum conſtitutiuum in principio. Et primam ſing.futuri perſonam notat.

ל Eſt ſignum dandi,generandi, & accuſandi caſus, & ponitur vice ex,de,à, ab, ad, vt, pro, propter, ſicut, tanquam, vſque, ſiue vſque ad,adeò, intantum, ſuper, apud,iuxta,poſt,poſtquam,per,iurantis.

י Eſt ſignum in futuris tertiæ perſonæ vtriuſque numeri generis maſculei: & cum ת,primæ perſonæ præteriti:& in fine,ſecundæ fœminei in futuro,& imperatiui fœminei.Eſt etiam conſtitutiuum nominis tóar,id eſt adiectiui & gentilis:& cum ם,plurale notat maſculeum, & ſine ם illud eſſe in regimine genitiui. In fine etiam pronomen cõſtituit primæ perſonæ vtriuſque numeri.

